cum axungia tunsa imposita utile est. Ad clauos pedum. Fimum anseris recentem calidum suppo
nis sine mora discutit. Ad uermes ex uulneribus euellendos. Veronice pulu scrupt. v
ex aqua per mirum perdiu non bibat. Si ex frigore ungula ceciderit. agrimoniam siccam
in puluerem redactam in eum locum unde ungulam cecidit sparge. mox cessat dolor et ungule
crescunt. Ad ungulas stringendas. Cicutam uiridem super tegulam candentem calefacis et uino
superfundis et super ponis. Vini fex purgata et siccata trita cum cerotto imposita sanat.
Epilenticis. costo piper. Sauina. unc. i. puluis unius cuiusque cum aqua distempera mirum est.
Ad caducos. Cor. iecur. et pulmonem uulturis sicca ter. da bibere cum aqua. De scurio similiter.
cum sal modice ter decurrente luna noua sorbilis accipiat scrupt. 5. dies. v. Ad paralisin
lingue. Aristolocia rotunda. piper. confice ex aqua dabis in modum auellane sub lingua
tenendum. Ad [illegible]. Pererri radicem coque in aqua usque ad tercias da bibere et in
momento radis. Item in trunco sanbuci qui nascitur in salice ex granis abauibus ille deporta
tis eius ei potionem. et mox fleuotomiam ex sanguine ipsius eloquatur. i. aut. ii. idem homo
bibat. Ad lunaticos. Turis lib. i. puluerem facis et cum sanguine pullorum hirundinum pistris.
pillulam in modum grani piperis. et ad umbram siccabis. et da exinde ieiuno coct. iii. in aqua
calida. Primam potionem luna. vi. aliam luna. xv. terciam luna. xxv. ita ut per dies. xl. a lacte
a minib. abstineantur. nec mulieribus nec balneis et nichil accipiant nisi panem et aquam frigidam.
Ad caducos. Vulturis iecur cum toto sanguine ipsius uulturis tritum bibat per dies [?].
Ad icteria. i. uiridem aut pallidum. aut plumbeum colorem in homine. Ciceris candidum
coquis et condis das comedere. et aquam ubi elixatus fuerit puram bibat mirum est. Item ancusa
cum uino uetere ad tercias decoctam coct. ii ieiunus bibat per dies iii. Vetonice sui potio. colorem plumbe
um tollit. Atriplicis sucus cum aqua semis et cum uino semis apii bibatur. Cuius fel in oculis
apparet. Allii capita unum tritum cum uino dabis in balneo prius per diu in calida des
cendat. Item certa curatio que iam desperatos salubriter curat. Rafani sucum in balneo
bibis et si potius bibere uis lapatii radicem cum uino bibat mire aruginem tollit et colo
rem restaurat. Ad usus contagionem uel pestilentiam. Lauri folia confricatis manibus
odorem trahis. siue masticas et odorem capias consurgens de lectulo aut in cubiculo iacens

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.15, 4r – Medical recipes
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ofbm/5117/48834)